



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

10. De initio prædicationis Christi. Matth. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

lium cupiditatum, si velis aliis viam salutis ostendere. 3. considera. Apostolos multos, Christum loqui cum muliere, quod beatus ait, ut doceret in primis religiosos & clericos, raro loqui cum mulieribus, & solum paucis verbis, nec sine comite.

## MEDITATIO X.

*De principio Predicationis Christi.*

*Matt. 4. Marc. 1. Luc. 4.*

1. **I**ESVS relicta civitate Nazareth venit in civitatem Capharnaum Galilee metropolitanim. Considera cur Iesus patriam suam deserat nempe ut doceret si libere velim aliis annuntiare veritatem, debere etiam nos omnem inordinatum erga parentes cognatos affectum deinde munere predicandi fungi, ubi spes est uberioris fructus, ut erat in alia urbe populosa. Tertio, consideret modum in persecutione servandum, ut scilicet non temere nos periculis exponamus, sed fugiamus cum Christo, quia patria non erat receptus. 2. considera. Iesus non inchoasse predicationem in Ierosolymis apud principes, sed apud populares Galilaeos, ut doceret non esse ambiendas cathedras celebres, sed vnum

nimarum fructum spectandum. Unde & tot millia de populo eum sequebantur.

*Exinde coepit Iesus predicare, quonia ap- 3:*  
*propinquavit regnum Dei. Pœnitementi, &*  
*credite Euangelio. Et fama exiit de illo per*  
*totam regionē. Cōsidera causam cur Chri-*  
*stus non cœperit prædicare, nisi Ioāne Ba-*  
*pista in carcerē coniecto. Nempe ne oc-*  
*calionem daret Schismati, vel dissensionī*  
*populari. deinde ut exēplum humilitatis*  
*daret prædicatoribus, ut facile cedant, nō*  
*solum superioribus, sed etiam paribus &*  
*inferioribus in munere prædicandi. 2. à*  
*pœnitentia exorsus est, sicut Ioannes, tū*  
*ut eius doctrinam cōfirmaret, tum ut do-*  
*ceret nos, non aspernari aliorum, qui nos*  
*percefferunt, si bona sit, doctrinā. Ad hæc*  
*ut ostenderet, primam & auream clauem,*  
*qua peccatoribus aperiatur regnum cœ-*  
*lorum, esse pœnitentiam, hoc est, dolorē*  
*de peccatis vitæ antea actæ, confessionem*  
*eorundem, & satisfactionem per bona o-*  
*pera. Hac enim pœnitentia regnum cœ-*  
*lorum, quod propter peccata longissimè à*  
*nobis recessit, rursus nobis appropinquat,*  
*modo vera fides catholica à pœnitentia*  
*non absit.*

*Et circuibat totam Galileam, docens in 3e.*

℞

Syna.

*Synagogis, & sanans omnem languorem, & secuta sunt eum multi a turba. magnificavit eum. Considera, hic in Christo, velut in speculo formã boni Prælati, & prædicatoris. Primò enim debet circuire, id est, omni ignauiam excutere, & subditos inuicere, cognoscereq; num omnes recte credant, & uiuant. 2. circuire Galilæam, in qua gentiles mixti Iudæis, pauci diuites, multi pauperes, id est, omnes promiscuè Christi crucifacere hereticos, malos Christianos, & inopes. 3. docere in Synagogis, tradere doctrinam Christianam, in scholis & templis. 4. adiuuato esse non solum in rebus spiritualibus, sed etiam in corporalibus. 5. doctrinam tradere non curiosam, sed animabus salutarem, & communi omnium Christianorum consensu approbatam. doctrinam verbis traditã, stabilire ex*

## MEDITATIO XL

*De socru Simonis. Matt. 8. Marc. 1.*

*LUC. 4.*

1. *Egressi de Synagoga uenerunt in domum Simonis. Socru autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt Iesum pro ea. Considera, non caruisse mysterio hanc*